tate vel necessitate cogente. Et hic si non per possit fieri oportet. cum consilio
coepiscoporum atque auctoritate romani pontificis. Mutatio similiter clericorum sive presbiterorum
non sine magna discretione fieri debet cum consilio et auctoritate episcoporum suorum. Clericum et in
ecclesiis duarum civitatum ascribi sacri canones vetant. Presbiterum quoque relicta cum
ecclesia sua propter lucrum hominem suscipere sive ad oratorium sive quolibet in consultu episcopo non
oportere testantur. Determinatur quoque quae sint quae necessario presbiteros scire oporteat. id est librum
sacramentorum. lectionarium. baptisterium. compotum. canonem penitentialem. psalterium
omelias per circulum anni dominicis diebus et singulis festivitatibus aptas. et multa
alia quae de vita et conversatione sacrorum ordinum rationabiliter dicta sunt et necessario sa
N osse oportet et sacerdotes et ministros **Pars IIII de indu** scienda **tis**
qui in decoro singulari sunt etiam in sacro ministerio habitum attributum non pro decore forsan ap
paret quales intus esse debeant ostendat. Sacrarum autem vestium partim a veteri testamento assumpta
est partim a patribus novo testamento adiecta. Legimus enim quod moyses aaron fratrem suum cum filiis eius
ad hostium tabernaculi testi[monii] monium sanctificandum applicuit et lotum aqua tunica
byssina vestivit. Deinde [hole] zona precinxit et vestivit eum tunica interiore et imposuit
ei superhumerale et cinxit eum secundum facturam superhumeralis et imposuit super eum logion id est rationale in
quo erat manifestatio et veritas. et mitram imposuit super caput eius et super mitram in fronte ipsius
laminam auream in qua sculptum erat nomen dei. Septem supradicta enumeres instrumenta pon
tificalis ornatus invenies. id est tunicam byssinam. zonam. tunicam inferiorem. superhumerale. rationale
mitram. et laminam auream. quibus si feminalia linea quibus utuntur sacerdotes circa renes pontificis
stringebantur adiecerimus. viii. sunt sacerdotalia indumenta. **De tunica byssina**

T unica byssina est quae et poderis id est talaris appellatur quia a collo usque ad talos extenditur.
Quae in novo sacerdotio non de bysso solum sed de lino contexitur. quae membris corporis modificata
atque aptata nichil superfluum aut dissolutum in vita sacerdotis esse debere ostendit. Hec ob
speciem candoris nomen albe sortitur. quae munditiam significat ministrorum dei. Sic scriptum est.
Byssina sunt iustificationes sanctorum. Caro quippe hominis munditiam quam ex natura non habet studio bono ad in
tentione acquirit per gratiam. Unde apostolus in ministerium christi corpus suum castigat et in servitutem redigit
quemadmodum byssus. Tunicam candorem quem ex terra nata non habuit per studium et industriam multis tunsionibus
et quasi quadam vexatione artis acquirit **De zona** ec vestis id est tunica linea circa renes